



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

LIV. Gesta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

**I**N nomine Domini, Anno illo domini nostri illius Regis, mensa illo, gesta habita apud laudabilem virum illum defensorem, & illum professorem, vel curiam publicam illius ciuitatis, ille ait. Quæ vos optime defensor, ut mihi codices publicos patere iubebatis, quia habeo quædam prosequi, & quæ gestorum alligatione cupio robouri. Memorati defensor & ordo curiæ dixerunt: Patent tibi codices publici, prosequere quæ optas, ille dixit, Amicus meus ille mihi iniunxit per suum mandatum sollenniter roboratum, ad laudabilitatem vestram accedere debere, & hanc epistolam, quam ipse, sicut lex declarat, in predictos filios suos, pro eo quod in bene ingenua fœmina illa ipsos generauit, & tamē chartulam

libelli dotis ei secundum legem nō  
adfirmavit, propterea iam dicti filij  
secundum legem naturales appellantur,  
ita antedicto patri eorum  
complacuit, ut ipsos secundum le-  
gem Romanam, in ipsa ciuitate, ante  
curiam publicam, debeat in legi-  
tima totius hereditatis suæ institue-  
re hereditatem, ita & fecit, dum in-  
prolis fuerit, nec legitimos infan-  
tes habuerit, ipse in legitimam he-  
reditatem, ut legitimos filios, eos in  
omnes causas recepit; ut praedicta  
epistola iuxta morem & consuetu-  
dinem gestis municipalibus alliga-  
ri, atque firmari debeat: supra scri-  
ptus defensor, vna cum suis curiali-  
bus instituerunt, & signaculis subter-  
firmauerunt. Et hæc gesta quomo-  
do fuerunt conscripta, manu eo-  
rum roborata, ei visi sunt tradidisse;  
stipulatione subnixa. Actum.